Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/316396

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

14

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ELIAS TIELENIUS KRUIJTHOFF,

Tiela-Gelrus.

AD DIEM X m. Nov., A. MDCCCLIII, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD G. F. KOCH.
MDCCCLIII.

THESES.

I.

Non assentior SAVIGNYO *System.* III. p. 96. statuenti: per procuratorem ita acquiri obligationem mandanti, ut directam actionem instituere possit.

II.

Emphyteusis per praescriptionem constitui nequit.

III.

Usucapio pro herede non prodest bonae fidei possessori rei hereditariae.

IV.

Ad servitutem constituendam non requiritur juris quasi traditio.

V.

Contra MÜHLENBRUCHIUM D. P. § 316. n. 3. statuo: creditorem fructus rei oppignoratae ab extraneo petere non posse, etsi causa eorum jam nata erat apud debitorem.

VI.

Art. 1607 C. C. etiam vim habet in casu art. 1633. C. C.

VII.

Emtor hereditatis instituere potest hereditatis petitionem.

VIII.

Rei vindicatio competit in quemlibet detentorem e. g. depositarium, nec refert, utrum dominus an alius apud eum deposuerit.

IX.

Bonae fidei possessor impensas utiles repetere nequit.

X.

Minus probandus TREITSCHKE *Die Lehre von der Gewerbegesellschaft* p. 188 vituperans, quod in art. 1670 § 2. C. C. sancitum est.

XI.

Non assentior viro cons. DIEPHUIS III. § 257 statuenti: fundo vi dejectum actionem ad recuperandam possessionem habere adversus eum, qui fundi possessionem nactus est, ab eo, qui vi dejecit.

XII.

Nummularius condictione indebiti repetere potest, quod solvit propter falsam apocham.

XIII.

Art. 285. C. M. minus probandus.

XIV.

Privilegium datum in art. 313. n. 8. C. M. unice prodest redemtori, non autem fabris et reliquis opificibus, nec iis, qui materiam praestiterunt.

XV.

Creditores privilegia in art. 313 et 315 concessa exercere non prohibentur, nave propter commissum publicata.

XVI.

In art. 236. C. M. «*bij* eenen wisselbrief . . . . . . heeft geaccepteerd» particula *bij* minime abundat.

XVII.

Ad conatum stellionatus art. 405 C. P. non requiritur rem jam traditam esse.

XVIII.

Mercator ex art. 3 legis 10 Maji 1837 puniri potest, licet decretum forocessionis non adsit.

XIX.

Ab ordinibus provincialibus proponi debent candidati, qui curiae senatores adscribantur.

XX.

Cassatio peti potest a laeso qui actioni publicae adhaesit.

XXI.

Confessio delicti minime necessaria est ad gratiam impetrandam.

XXII.

Formula; *in naam en van wege des Konings*, in principio sententiae, a judice ferendae, abundat.

XXIII.

Improbandum videtur a civitate pretium panis definiri. (broodzetting.)

XXIV.

In Oeconomia Politica res incorporales non referendae sunt ad divitias.